

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 12. Doctrina Lud. Molinæ de scientia media contra eundem  
defenditur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

subsistendi consequentiā : quia non valet hæc illat̄, Cognoscit Deus quid Petrus peccaret in tali occasione , posito decreto permittendi ; ergo cognoscit quid Petrus peccabit re ipsa in illa occasione . Valet autem ista , Cognoscit Deus quid Petrus peccabit &c. ergo cognoscit quid peccaret . Cum igitur vtraque scientia sit in Deo, quia obiectum est utroque modo cognoscibile sine imperfectione , prior est illa à qua non tenet subsistendi consequentiā . Ad quartam respondeo scientiam medium de aliquo conditionate futuro , supponere quidquid ex parte Dei necessarium esset , ut illud poneretur: supponit, inquit, illud non ut actu existens & absolutè ; sed hypotheticè , si esset . Cumque sine Dei concurso , aut permissione , nihil possit evenire à causa etiam liberis ; supponit semper hanc conditionem . Si Deus concitteret aut permetteret . Et hoc decretum conditionaliter presupponit , est ratione prius scientia media de effectu ponendo à causa libera , si in tali conditione poneretur . & Deus vellit concurrere aut permettere . Conditionaliter , inquit, presuppositum : Quia non est necessarium ut sit . Est enim verum quid Petrus v. g. in tali occasione peccaret , si Deus permetteret : quamuis non decreverit permettere . Quod autem ultimò affirmat Aduersarius , nulla esse in Deo decreta conditionata , falsum esse ostendemus disputatione . 14. sect. 9. vbi omnibus eas argumentis respondebimus . Et quamvis nulla esset actu decreta Dei conditionata , ut aliqui assertores scientie media existimat : hoc non impedit quia possint formari hæc propositiones , & à Deo cognosci . Si Deus statuisse permittere Antichristum diutius sanire , ne fieret salua omnis causa . Si Christus rogasset Patrem , misseret illi plus quam duodecim legiones Angelorum . Si Deus statuisse Iudam efficaciter vocare ad conversionem , conseruas effet .

## SECTIO XII.

*Doctrina Lud. Molina de scientia media contra eundem defenditur.*

121. *I* Dem auctor libri de Ordine, toto cap. 26. parum honestè habet Ludouicum Molinam , viuum eruditissimum , deque Theologia opime certum : & in eius de strin de scientia media quatuor præcipue reprehendit . Primum est quod ille ait i. p. quarti . 14. art. 13. disput. 17. col. 2. *T*riplicem scientiam distinguendam esse in Deo , nisi periculose in concilianda libertate arbitrii nostri , & contingentiarum , cum diuina præscientia , hallucinari velim . *V*nam mērē naturalem , quæ proinde nullatione potuit esse aliter in Deo : per quā omnia cognovit ad quē diuina potentia , sive immediate , sive intervenient causarum secundarum sese extenderat , tum quoad naturas singulorum , & complexiones eorum necessarias , tum etiam quoad contingentes : non quidem quid futura essent , vel non essent determinate , sed quid inafferrarent esse et non esse .

*Tomus I.*

possent , quid eis necessariò competit , adeoque sibi scientiam Dei naturalē etiam cadi . Aliam mērē liberam , quā Deus post liberum actum sit voluntatis , absque hypothēsi & conditione aliqua , cognoscit absolute & determinatē , ex complexiōnibus omnibus contingentib⁹ , quanam re ipsa efficit future , quæ non item . Tertiām denique medium scientiam : quā ex altissima & inscrutabilis comprehensione cuiusque liberi arbitrii in sua essentia , intuitus est quid pro sua innata libertate , si in hoc vel illo , vel etiam infinitis ratiōnibus collocatur , actūrum esset , cur tamen posset , si vellet , facere re ipsa oppositum .

In hac Molina doctrina multa sibi improbari ait Anonymus cap. cit . Ac primum , inquit , id periculū in concilianda , sine eius distinctione , nostra libertate cum præscientia diuina , quo minus canticos minusque intelligentes terrere se putat , non ego solus non video , sed uero illi ante

Molina  
122.  
Primum  
documentum per  
erant re  
prehēsum

etiam Doctores scholastici , aut sancti Patres , qui maduerterunt . Verū facile illi erat videre hoc periculum , si attenē legislet quæ Molina proximè sequenti disp. 18. nemb. 1. scribit : ubi ostendit illud in eo consistere , quid admissis prædefinitionibus diuinis ( quas

Anonymus , aliqui impugnatores scientie media communiter admittunt ) certitudo prædefinitionis , & præscientie diuina circa futura contingentia non possit , salua libertate creatæ fundari ( ut ipsi volunt ) in ipsa prædefinitione , absque scientia media dirigente prædefinitionem , per quam Deus præseiat quid creatura sit libere facta . Si his aut illis circumstantijs constitutatur . Ita ut

Sine sciencie media , certitudo prædefinitionum non potest consistere cum libertate .

posita solū in Deo scientia naturalē & necessariā , antecedenter ad prædefinitionem , circa rem ut possibile , accidente prædefinitione , liberoue actū voluntatis diuina quo Deus eam producere statuit , cognoscatur certò & infallibiliter esse futura in sola , atque ex sola illa prædefinitione . Quoniam voluntas illa , seu prædefinitione Dei ita præuenienda liberum arbitrium , & cooperandi cum illo , est voluntas Dei efficax ut eius actus sit : & auxilium vel concursus ; quo adolutè statuit ex parte sua cooperari in tempore , sive is naturalis sit , sive supernaturalis , est efficax : ac proinde existente tali prædefinitione diuina non potest in sensu composito non sequi effectus .

Hoc igitur periculum , sive potius eversio libertatis creatæ , in eo consistit , quid inuestigiam doctrinam , prædefinitionem diuina certa & infallibilis , & præscientia in illo fundata , est aliiquid prouersus antecedens liberam determinationem voluntatis creatæ , illiusque consensu aut dissensu prædefinitionis : quippe quem nullo modo præsupponit esse futurum , neque absolutè , neque conditionatē , sed cognito solum quid sit possibilis , statuit & uuln. absolutè ut sit : positaque illa prædefinitione , non potest non esse effectus prædefinitionis : tāque est impossibile illū non esse futurum , quām est impossibile absolutam & efficacem Dei prædefinitionem frustrari , auctali eius præscientiam ; quorum utrumque

123.

Molina.

Triplex in Deo scientia differuntur .

genuit .

Universitätsbibliothek Paderborn

est non solum moraliter, sed etiam metaphysicè & simpliciter impossibile. Ergo posita illa prædefinitione, effectus est futurus ex antecedenti & simplici necessitate: ac proinde non liberè. Omnis enim necessitas antecedens tollit ysum liberum voluntatis circa effectum ad quem ponendum necessitat. Et quidem quod eiusmodi prædefinitione inducat necessitatē planē antecedētem, patet quia pon est in libertate potestate voluntatis talis prædefinitionis (quippe quia actum illius, & ysum præcedit, velut illius causa) & ab illa non potest tolli vel impediti, neque præsupponit ylo modo eius operationem, sed est voluntas absoluta ut talis actus fiat: qua voluntate posita non potest non fieri actus prædefinitus, quia impossibile est dinnam prædefinitionem consistere cum non actione, seu negatione actus prædefiniti, ut faciat aduersarij. Itaque per illam voluntas necessitatur antecedenter ad operandum.

**124.**  
Confirmatur ratio  
llata.  
  
Confirmatur quia talis modus prædefinitionis præterea inat physicè voluntatem creatam, vel per ipsammet prædefinitionem efficiacem, ut ylone aliqui Thomistæ: vel per aliquid necessario ex illa secutum, putà per qualitatem, aut motionem aliquam transfeuntent, ut malunt alii. Nam illa prædefinition est causa effectus prædefiniti, simpliciter illum antecedens: & talis est, ut eā possit sit impossibile non sequi effectum in se si composito prædefinitionis. Ergo prædefinitionis: & si non est talis ut sua vi immensitate necessitat voluntatem ad effectum ponendum, debet necessitare per aliiquid aliud. Alioquin enim, si voluntas relinquitur libera, exponitur prædefinitione periculo frustracionis: & præscientia divina, fundata in tali prædefinitione, exponitur periculo falsitatis. Quare multò minus sibi coheret Anonymus, quam Thomistæ, cùm talem modum prædefinitioni admittit: & simul negat physicam prædeterminationem, tñ quā repugnat Exercitio libertatis: sine qua tamē est impossibile tueri infallibilitatem & certitudinem metaphysicam eiusmodi prædefinitionum diuinarum.

Confirmatur secundò, quia ut idem Anonymus fatetur & scribit c. 25. n. 4. Causa libera est huiusmodi, ut positis omnibus ad agendum prærequisitis, possit agere & non agere. Ex quo fit, inquit, ut futura contingentia, etiam absoluta, non possint certò & infallibiliter cognosci tantum in sua causa, sed ad summum conjecturaliter: multoque minus contingentia conditionata cognosci possunt certò & infallibiliter esse futura, in suis causis, etiam prout constitutis in his aut illis conditionibus antecedentibus liberam operationem. Nam eiusmodi conditionibus nullis positis, & à quouis, etiam à Deo, ysis cognoscit, & ipsa causa in illis positâ, & clara cognoscit; si est libera (et si nihil sit) eam determinante operaturam esse, ne Deus quidem ipse certò sciens, & sudare posset, cum illis positis, ex se potens sit non agere, & sapientiam fiat ut actu non agat in

enim modi circumstantijs, & conditionibus. Ergo si posita prædefinitione voluntas creta manet adhuc libera, non potest Deus in prædefinitione, ac vi illius cognoscere certò, & infallibiliter effectum esse futurum. Ergo si Deus in sola prædefinitione, ac vi illius, cognoscit certò, & infallibiliter effectum, voluntas non est libera ad ponendum effectum posita prædefinitione.

Quare hoc periculum male conciliandæ libertatis creatæ cum tali modo prædefinitioni non vidit Anonymus, vt de seipso affirmati credidum est: non satis memor fuit eorum, quia alibi scriperat: vel non satis attente legit auctorem, quem impugnat. At illud certè viderunt omnes antiqui doctores Scholasticci, qui fenserunt exercitium libertatis non posse cum antecedenti necessitate consistere: & causam nō agere liberè, nisi agat ex domino in suū actū, ita ut positis, & statibus omnibus ad agendum prærequisitis, possit agere, vel non agere, ut voluerit. Quam esse communem sententiam veterum Theologorum, fusè & perspicue relatis pluribus corū testimonijs ostendit Didacus Ruis tota p. 49. & 50. de scientia Dei. Illud etiam viderunt sancti Patres, qui dixerunt non fieri liberè id quod necessariò sit necessitate antecedente, & quam non facit ipsa voluntas libera sua operatione, sed quā illi auctunde imponitur. Et voluntatem ut liberè agat, debere esse de minima sui actus, expedita, que ab omni necessitate antecedenti, yndecunque, & à quocunque, etiam ipso Deo, imposita; quorum plurima testimonia in hac sententiam collecta videri possunt apud Did. Ruis disp. 42. 43. & 44. de scientia Dei, quem auctorem ipse Anonymus alibi meritò dicit esse virum plurima lectionis, & fidelissime citationis. Falsum igitur est, quod ipse auct. nullum sanctorū Patronū, aut Doctorum Scholasticorum ante Molinam, tale periculum annulladuertisse.

Neque ad illud eludendum, ut vitandum sufficit dicere, quod idē scribit cap. 26. n. 2. Dei cum causis sue liberis, sue necessarijs, & gedi modum non penderet ex nostris cogitandi, singendi, & distinguendi modis: & si voluntas creata in eo statu, in quo per scientiam mediā videri dicitur, ipso est libera, quia in eo si veller, posset non agere, vel facere oppositum: Cui fine illa scientia non erit libera, cum in eo etiam statu, in quo viderit per scientiam visionis, quā posset non facere, quod facit, aut facere oppositum? Addit c. 41. n. 3. ad cibiciam iudicatatem nostrā cum diuina præscientia, & prouidentia, sufficere quod Deus (qui est omnium entium, & modorum cuiuslibet entis causa efficiens, & finalis) perfectè noluit omne ens, omnesque modos cuiusque entis, necessitatis etiam, & libertatis. Cum enim Dei nec præscientia fallit, nec decretum frustrari possit, si ab æterno præscivit, ac decrevit effectus aliquem v. g. actum nostra voluntatis fore liberum, hoc est, sic ad ea produc-

dum, ut tam en eum, quantum est ex se, possit non producere, Dei præscientia, & decretum efficacis libertati nostræ non modò nihil obserit, sed ad eam statuendam, & in rerum natura ponendam omnino necessaria erit. Et cap. 25. num. 12. in fine, ait frustra in Deo ponit scientiam medium ad diuinæ prouidentiæ, & prædestinationis certitudinem, & efficacis gratiæ vim, & naturam, cum hominis in agendo libertate conciliandam: Ad hoc enim sufficit scientia visionis cum decreto absoluto, & efficaci ita concurrendi cum voluntate nostra, vt eam relinquat liberam, hoc est, ita agentem, ut possit non facere quod facit, in quo præcisè consitit libertas, moxque agendi oppositus necessitatibus.

Sed contra primum, dico modum agendi 128. Dei cum causis liberis non pendere quidem à nostro cogitandi, & distinguendi modo; sed tamen esse sine dubio, & debere à nobis concipi, consentaneum naturæ libertatis, & talem ut cum illo stare possit liberum voluntatis creata exercitium. At hoc non est, si Deus sua prædefinitione imponit antecedente necessitatem creatæ voluntati: Illam vero imponit, si absolute, & efficaciter prædefinit actum ab illa ponendum, absque vnu scientiæ media, ut paulò ante ostendimus. Ad secundum respondeo, ideo voluntatem creatam liberam esse in eo statu, in quo videatur per scientiam medium: quia nihil est, quod illi impoat antecedentem necessitatem agendi. Et è contrario non esse liberam in eo statu, in quo videtur per scientiam visionis sub prædefinitione supposita, qualiter ponit Aduersarius: quia talis prædefinitione antecedentem illi necessitatem imponit. Ino etiam, remota prædefinitione, sola scientia visionis imponit antecedentem necessitatem voluntati, iuxta doctrinam istius auctoris: Ideoque nunquam voluntas est libera in eo statu, in quo videtur per scientiam visionis esse aliquid operatura. Nam in eius iudictrina, scientia visionis est causa rerum: id est prior suo obiecto, ut ipse docet toto cap. 34. Atqui positiæ scientiæ visionis impossibile est non esse futurum, id quod Deus videt esse futurum: Ergo illa positiæ impossibile est voluntate non esse operaturam id quod videatur esse operatura. Ergo scientia visionis imponit illi necessitatem operandi, & quidem antecedenter, cum ipsa sit causa operationis futura, & prior suo obiecto, iuxta doctrinam Aduersarii. Confirmatur quia si scientia visionis est causa rei prævia, & prior suo obiecto, velut illius causa: Ergo scientia visionis est unum è prærequitis, ut voluntas operetur, & ponat effectum præfusum. At illa posita non potest voluntas non operari: quia impossibile est coniungere negationem obiecti cum præscientia Dei. Ergo posito aliquo prærequisito ad operandum, voluntas non potest non operari. Ergo non libere operatur. Nam, ut facetur aduersarius versus supra relatis, causa que libere operatur,

debet ita agere, ut possit non facere, quod facit, in ijsdem circumstantijs, & conditiōnibus: id est, debet esse talis, ut possit omnibus antecedentibus, & prærequisitis ad operandum, possit non operari, vel facere oppositum eius, quod operari, adeoque nullam patiatur necessitatem antecedentem. Contra tertium, dico huic communi effugio Thomistarum iam pridem objectum à Doctoribus nostris fuisse. Deum neque præscire aut decernere de facto, neque etiam posse præscire aut decernere, ut voluntas creata libere opegetur alio modo quam eo, quo potest libere operari. At qui non potest libere operari, si est antecedenter necessitata ad operandum. Ergo non potest præscire, & decernere ut libere operetur cum tali necessitate. Ergo non potest per suam prædefinitionem, & præscientiam, talem illi necessitatem imponere, & si quis decernere, ac præscire possit libere operari. Perinde atque si præsciret, & decerneret, cæcum: manentem cæcum, & prua- tum potenia videndi, videre nihilominus, & exercere potentiam videndi.

Secundum quod præcipue reprehendit Anonymus in doctrina Molinæ (omissis alijs leuioribus, quæ partim ex voluntaria restri- 129. tione definitionis scientiæ simplicis intel- ligent, & scientiæ visionis, partim ex ma- la intelligentia doctrinæ illius procedunt) Secundum documen- tum male im proba- tum.

est quod scribit Molina eadem disp. 17. col. 8. & 10. Non prouenire ex præscientia Dei quod liberum arbitrium in unam ponit par- tem, quam in alteram reflectat, sed ex eo quod nostra voluntas libere in vent facere: & Deum ideo præscire quid futurum sit, quia res libero arbitrio prædicta idipsum libere fa- citura est. In hoc enim sit Molinam ha- luci- nari, nisi illud Ideo, & illud, Quia, sine tan- cum illationis, & non Ideo, & Quia, rei. Re- stet enim sequitur, quod si hoc fu urum est, Deus ille scit, & præscit. Ideoque in sen- su significante tantum illationem præscientiæ ex futuritione rei, verū dicitur Deum præscire quid futurum sit, Ideo quia res libe- ro arbitrio prædicta idipsum libere factura est. At solum est, si sint Ideo, & Quia rei. Scientia epini, & voluntiæ Dei, a nullo suo obiecto pendent: sed contra, ab utraque res omnes, & libera, & necessaria, pendent es- sentialiter: Et id quod voluntas in his, aut in illis circumstantijs est libere factura, prius & aeternitate, & causalitate, cognitum est à Deo scientiæ visionis.

Verum hæc tota doctrina Molinæ nihil aliud continet, quam quod ijsdem fere ter- minis, & eodem plane sensu à primis sanctorum Patrum traditum est locis ab ipso citatis eadem disper. 17. col. 9. §. Idem perspicue: quorum aliqua hic referre sufficiet, & expendere, ut appareat quam sit ab eorum sensu aliena expostio, & doctrina Aduersarij, iniustaque reprehensione Molinæ. Justinus marrit in responsione questionis 58. ad Orthodoxos, sic ait: Nec est præceptio can-

Non ideo res sunt fu. re quia præ- sequuntur à Deo: sed præscien- tur quia futuræ sibi.

sa eius, quod futurum erat: Sed quod futurum erat, causa est prænotiois. Ex. gr. inquit paulo post, prænotio Christi non fuit causa prædictionis Iudei: sed proditio Iudei fuit causa prænotiois Domini. Similique modo lo-

quimus Origenes libro 7. in Epistola ad Römeros ad illa verba capituli 8.

*Quos prescivit &c. vbi sic habet: Non, propterea eris aliquid, quia id scis Deus futurum: sed quia futurum est, sentis à Deo antequam fiat. Nam verbi gratia, Eisi frigamus Deum non prescire aliquid futurum, sine dubio erat quod ita, ut putabat Iudas proditor factus est, & hoc ita futurum Propheta predixerunt. Non ergo quia Propheta predixerunt, idcirco prodidit Iudas: sed quia futurus erat proditor, ex qua ille propositi sui nequitia gesturus erat, predixerunt Propheta: cum utique Iudas in potestate habuisset ut esset similis Petro, aut Ioanni, si voluisse: sed elegit pecunia cupiditatem, magis quam Apostolici consorij gloriam &c. Ut autem scias non in præscientia Dei uniuersique saluis causam ponit, sed in proprio, & arbitrio suis, vide Paulum verentem neforte cum alijs predicauerit, ipse reprobis efficiatur, macerare corpus suum, & subycere servitutem. Simili quoque modo sentit & loquitur Chrysostomus.*

*Chrysostomus.* *Circa illa verba, Vnde mundo à scandalis. Vbi affimat non esse missandrum prædictio-*

*nem Christi iudicere scandalum ab ipso prædicta. Non enim quia scandalum futura prædi-*

*xit, idcirco enierunt: sed quoniam omnia venientia erant nascitae, prædicta: Non enim fierent, si nolent ea excogitare nequam homines,*

*atque peccatores. Quod si ventura non*

*fuerint; nec ipse futura prædixisset. Et Cyri-*

*ll. 9. in Ioan. c. 10. in fine, ubi afferit Scrip-*

*pturam non esse causam eorum quam ab hominibus facienda præpungavit. Sed*

*contra, quoniam ita nonnulli sponte facturi erant,*

*idcirco præcisus spiritus sanctus futura prædixit.*

*Et Damasc. in Dialogo aduersus Manich.*

*circa medium, vbi dicit præscientiam Dei*

*non fuisse causam Diabolo ut peccaret: sicut*

*medico per fortuna non est causa morbi, quem*

*agrotus sua in temperantia sibi ascerit.*

*Venit morbi quidem causa in præpostera, &*

*immoderata vita ratione consistit. At medico*

*prænotio eruditio ipsius argumentum est. Præ-*

*notio autem causa hæc est, quod ita futurum*

*erat. Similia denique habent Hieronym. in*

*caput 26. Jeremias, init. August. lib. 5. de*

*ciuit. cap. 10. in fine, & lib. 3. de Ebro ar-*

*bitrio cap. 4. Leo serm. 1. & de passione cap.*

*3. Beda lib. variarum questionum. quæst.*

*13. Anselm. passim in lib. de concordia præ-*

*scientia & liberi arbitrij: aliquip plures.*

*Ex quib[us] iatis perspicue appetit, primò*

*esse conforma doctrina sacerdotum Patrum id*

*quod male Accursarius reprehendit, & quod*

*verè Merit Molina, non prouenire ex præ-*

*scientia Dei, quod liberum arbitrium in*

*vnam potius patrem, quam in alteram se*

*flectat; sed ex eo quod nostra voluntas ri-*

*bere id velit facere: ut peripicue patet ex*

*verbis Iustini & Origenis supra relatis, aien-*

*tiūm, non prouenisse ex Dei præscientia quod*

*Iudas v. g. Christum prodiderit, sed ex ip-*

*sius nequitia: & in præscientia Dei neque fa-*

*lutis ponendam esse causam uniuersique, neq[ue]*

*damnationis, sed in eius proposito & actibus*

*bonis & malis. Paret etiam ex verbis Chry-*

*softi. Cyrilli, Damasc. & aliorum, dicentium*

*scandalis & peccata eueniare, non quis præ-*

*noſcuntur, id est, non ex prænotione diuina,*

*sed ex nostra voluntate. Et verò absurdum,*

*& blasphemum esset dicere præscientiam*

*Dei esse horum omnium causam. Et si ita es-*

*set, creature non liberè operaretur bene, vel*

*male, quia præscientia, si esset causa actus*

*præsciti, necessitatem antecedentem induce-*

*ret, ut supra ostendimus.*

*Apparet secundò esse consentaneum eo-*

*rū doctrina quod idem auctor afferit, quod*

*que Anonymous malè reprehendit, Deum*

*ideo præscire quid futurum sit, quia res libe-*

*ro arbitrio prædicta id ipsius liberi factura est.*

*Id enim omnes Patres citati affirmant. Ne-*

*que loquuntur, ut vult Anonymous, in sensu si-*

*gnificante tantum illationem præscientia ex*

*futurione rei, id est, significando per se ho-*

*nam esse hanc nostram illationem, Res est fu-*

*tura, ergo Deus illam præscire esse futuram:*

*non autem significando quod futuritio rei sit*

*causa, sive ratio cur Deus præsciat. Nam Iu-*

*stinus, & Damasc. verbis supra relatis, vtun-*

*tur expressè nomine causa: aiuntque non*

*præscientiam Dei esse causam rei futurae: sed*

*rem futuram esse causam præscientiaz. Deinde*

*eodem sensu affirmant Deum præscire*

*actus liberi futuros, id est quia futuri sunt, quo*

*negant ex opposito ipsos esse futuros, quia*

*præscientur à Deo. Atqui cum hoc negant,*

*non loquuntur in sensu significante tantum*

*negationē illationis futuritio rei ex p-*

*æscientia diuina; quia hic sënsus manifestus res*

*est. Nâ cuides est hæc illatio: Res præscitur*

*à Deo esse futura, ergo est futura. Ergo loquuntur in sensu significante causalitatem, sive*

*ideo, & quia rei, ut loquitur Anonymous. Cōfir-*

*matur quia sancti Patres verbis relatis con-*

*stituent differentiam inter has duas proposi-*

*tiones, easque opponunt inter se, affirmando*

*Deum præscire actus liberos esse futuros,*

*quia futuri sunt: non autem esse futuros, quia*

*præscientur à Deo. At in sensu tantum illa-*

*tio, nihil aliud significante, quam deduc-*

*reconveni ex alio, non possunt ita oppo-*

*ni. Tam enim verum est, quod si res præsci-*

*tur à Deo, futura est: quam si verum, quod*

*si res est futura, præscitur à Deo esse fu-*

*tra: In prior illatio est magis formalis, &*

*necessaria per se, vi terminorum. Non enim*

*potest concipi, neque per locum intrinsecum*

*stare potest, quod res præsciantur, id est, verè*

*& evidenter cognoscatur esse futura; & ta-*

*men non sit futura. At verò bene potest con-*

*cipi, & per locum intrinsecum stare potest,*

*quod res sit futura, quamvis non præsciatu-*

*re esse futura; esset enim futura, quamvis per*

*impossibile non præsciret à Deo; ut dixi*

*Origenis supra.*

*Non præ-*

*uenit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*132.*

*Non præ-*

*uenit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.*

*Anselm.*

*Non præ-*

*venit ex*

*Hieron.*

*August.*

*Leo.*

*Beda.</i*

Disput. IX. de Deo, Sect. XII.

197

Apparet tertio fallum esse, & contra doctrinam sanctorum Patrum, id quod ait Anonymus, scientiam visionis esse priorem causalitatem, & esse causam eius quod futurum praeuidetur. Nam Patres citati negant rem futuram esse ideo quia praeuidetur a Deo. Eset autem futura ideo quia praeuidetur, si praeuisio esset illius causa. Item expressè negant præscientiam Dei esse causam boni, vel mali eventus præsciti, ut videtur est in verbis Origen. supra relatis: Et illam comparant prænotioni medici, qua non est causa morbi, quem futurum esse praeuidet ex agroci intemperantia. Plura aduersus hanc Anonymi assertione dicimus disp. 12. sect. 7. & 8. Adid vero quod ait, scientiam Dei, & volitionem a nullo suo obiecto pendere; Respondeo verum id esse de dependentia, & causalitate physica: secus autem de virtuali, & metaphysica, seu præsuppositione quadam rationis inter obiectum, & scientiam, aut volitionem: ratione cuius verum est Deum præscrire futura, quia futura sunt: & Deum velle hominem præmio, vel pena affercere, quia bene, vel male operatus est. Ita ut bona, vel mala operatio, sit ratio cur Deus voluerit. Et Deus, qui erat de se in differens ad sciendum hoc esse futurum, aut illius oppositum; determinatus fuerit ab æterno ad cognoscendum hoc esse futurum, quia hoc erat riturum. Non scientiam à rebus accipiendo, neque euentum expectando, & realē causalitatem obiecti: sed per infinitam, & excellētissimam intelligentiam perspicacitatem penetrando quidquid futurum est, eo ipso quod futurum est.

Tertium quod in doctrina Molinæ reprehendit Adversarius, est, quod ille (inquit) assertat disp. 18. Men. 1. inter futurum, & futurū absoluē, dari medium : nempe futurum conditionatum. Quod ipse valde nouum, & per absurdum esse putat : quia pari iure dici posset inter hominem, & non hominem, dari medium, scilicet hominem doctum, vel hominem mortuum. Sicut enim homo doctus sub altero contradictionis membro continetur, nempe sub homine : & homo mortuus, sub non homine : ita futurum conditionatum continetur sub altero membro divisionis contradictione in futurum, & non futurum absoluē. Vel enim erit ~~scimus~~ ut non erit. Si primum : est futurū absoluē. Si secundum : est in futurum absoluē. Arque ita omne futurum conditionatum est futurū absoluē, vel non futurum absoluē : non est ergo medium inter utrumque.

Sed manifestè imponit Molina, qui to  
tum membro nusquam asserit futurum  
futuru[m] cō  
ditionatum esse medium inter futurū &  
absolutē, & non futurūm absolutē. Tant  
iūrum cō  
summa cō  
stituta cō  
stituta affirmat columnā 4. in fin  
e. Reīctā verò, futura conditionata es  
se media inter futura simpliciter, & me  
re possibilia per facultatem arbitrij; quia

fusa futura non simpliciter, sed secundum  
quid, videlicet ex hypothesi aliqua num-  
quam futura. Atque ita neque sive mere  
possibilita, perinde ac eorum oppositum;  
sed futura sub illa conditione si ponere-  
tur: id est, non tantum possunt esse, po-  
sita illa conditione, verum etiam exire  
re ipsa. Neque tamen sunt futura abso-  
lutae: quia conditio non ponetur re ipsa,  
& eius defectu nunquam erunt. Hac duò  
si pro eodem accepit Adversarius, ut fe-  
cisse apparet ex ijs, qua addit paulo post,  
numero 11, iusdem capituli 26, non me-  
diocriter hallucinat eis, & suum sensum  
falso Molina tribuit, qui subtilius illa,  
nunquam diuersa, distinxit, ut faciunt  
ceteri omnes scientia media assertores,  
& nominatim Didacus Ruis, citatus ab  
Anonymous, Disp. 76. de scientia Dei,  
sect. 3. num. 3. vbi ait, futurum conditio-  
naliter plus habere actualitatis, quam ve-  
re possibile: & minus, quam absolute fu-  
turum: Et praeter futura absolute vel con-  
ditionate, esse infinita mere possibilia, nec  
conditionaliter, nec absolute futura: ideo  
que futurum conditionatum esse quid me-  
dium. Quibus nihil respondet Anonymous,  
nisi id quod supra dixerat, quod  
que nos falsum esse offendimus, propri-  
tatione conditionata per se nihil dicere vel  
actualitat, vel possibilis tatis suorum extremo-  
rum: neq; significare quod res possit esse, vel  
quod sit praesens, futura, & præterita, sed  
solum indicare connexionem, & requiri tam  
inter antecedens & consequens: vnde etiam  
de impossibilibus sequitur formari posse. Osten-  
dimus enim propositiones conditionatas  
de quibus disputamus, affirmare siquid esse  
futurum re ipsa, si ponatur conditio: Et  
hoc à Deo sapienti reuelari. Neque David v.  
g. querebat à Deo 1. Reg. 23. an bona esset  
sequela inter antecedens & consequens sed,  
an Ceilam huius ipsum tradituri Saüli, si  
Ceilam amplius remaneret, & Saülis aduen-  
tum expectarem. Estque manifestum quod  
possit aliqua propositione significari, futu-  
rumne id esset posita tali conditione non  
Et nos, quibus liberum est significare  
quod volumus, & vii vocibus, atque pro-  
positionibus aptis ad significandum id quod  
intendimus, vtrum illis propositionibus  
hypotheticis, ad significandum fore ut res  
esset, si talis conditio poneretur.

Neque in iñuā a veritate alienum est quod addit Adversarius: cūm dicuntur aliquid conditionatē futurū, quod reuera futurū non est, & summum innū hoc modo fo- quendi maiorem quādā in t̄, & causa aliqua dispositionem, & inclinatiōnē ad re futuritionē, quād ad contrariam partē. Et nūm aliud significare intēdimus, & aliud quæsimus per huiusmodi propositiones, & interrogatiōnes. Nam David, ex. g. non querebat ac Cælani habēre maiorem inclinatiōnē ac ipsum tradendum? Sed, an ipsa traditiō esset. Si remaneret?

Deus absolute respondit, Tradent. Estque per se notum, & evidens alteram partem contradictionis fuisse veram, adeoque Deus notam, & potuisse ab ipso reuelari: Tradent Ceciliani Davidem si remanferit: Non tradent Ceciliani Davidem, si remanserit. Ad quod infallibiliter sciendum non sufficit nosse maiorem inclinationem causæ liberæ, quia potest contra illam agere, & se libere determinare ad oppositum.

Perperam vero ad impugnationem Ruis addit ibidem, nullum esse merè possibile, quod non sit, aut possit esse, vel absolute, vel conditionate futurum: præsertim certa aliqua conditione posita; vt, si Deus velit, aut sciat esse futurum. Enimvero Didacus Ruis non loquitur de quacunque conditione, sive antecedente rei futuritionem, sive consequente, cuiusmodi est Dei præscientia: sed de certa illa conditione, sub quaenam enunciatur aliquid esse futurum, & quā posita vere dicitur esse futurum, potius quam illius oppositum, quod posita illa conditione maneret adhuc in statu pure possibile, neque villo modo illius occasione futurum esset. Quo sensu manifestum est infinita merè possibilia, nec conditionaliter, nec absolute futura esse, vt Ruis affirmit.

Quartum, & ultimum quod in doctrina Molinae reprehendit idem Auctor libri de Ordine, est, quia, inquit, suam illam scientiam medium dubibus alijs, visionis scientie, & simplicis intelligentie, facit priorem: Nam quā prioritate? Non temporis, & successionis, cùm quidquid in Deo est sit aeternum. Neque naturæ, & causalitatis. Cuius enim est causa? An triuimque? An unius tantum? Et cuius? Verum hic quoque imponit Molina, cuius scripta non satis accuratè legit, neque doctrinā, quam impugnat, bene, & attente perspexit. Nusquam enim Molina affirmit scientiam medium esse priorem scientiæ simplicis intelligentie: sed prius sapienter id quod nos quoque iam alibi docuimus, affirmantque alij scientiæ medij assertores, scientiam simplicis intelligentie esse priorem ex parte subiecti, & ordine necessitatis: quia est merè naturalis, & simpliciter necessaria: scientia vero media de eventibus liberè futuris sub conditione, non est plene necessaria, sed potius non esse simpliciter, quæ ac eius obiectu. Contraria vero, scientiam medium est priorem scientiæ visionis circa idem obiectum: quia hæc minus est necessaria: supponit enim decreta Dei liberum absolum, quo non supponit scientiam medium: Quamvis enim Deus non decretuerit Petrum creare, & ponere in illis circumstantijs, verum est, quod in illis peccaret, si poneretur. At non est verum quod peccabit, nisi Deus decreverit ponere. Præterea iuxta eiusdem doctrinam, & aliorum assertorum scientiæ medij, scientia simplicis intelligentie est prior substantiæ consequentiæ, quam scientia media: & hæc,

quam scientia visionis circa idem obiectum, Valer enim illatio: Nouit Deus hoc esse futurum, si hæc conditio poneretur; ergo nouit hoc esse possibile sub illa conditione. Non autem valer est contrario: nouit Deus hoc esse possibile sub illa conditione: ergo nouit hoc esse futurum, si ponatur illa conditio. Idemque est de scientia media, respectu scientiæ visionis. Si enim Deus seit, quod si conditio talis ponatur, hoc erit futurum; non sequitur Deum scire conditionem esse ponendam, & rem esse absolute futuram. At vero si Deus seit conditionem esse ponendam, & peccatum v. g. esse absolute futurum, sequitur Deum seit; quod si talis conditio ponatur, peccatum erit; illudque scire, quamvis conditio non ponatur de facto: quia est scibile independenter ab eo, quod ponatur de facto: Deus autem seit omnem veritatem omni modo, quo est scibilis absq; imperfectione, quæ hic nulla est. Tertiū, sicut scientia simplicis intelligentie est prior causalitate virtutali, quam scientia visionis circa idem obiectum, quatenus cognitio possibiliteris rei, & modi, quo est possibilis, fugit Dei decretum de illa ponenda: Ita quādo scientia media dirigit decreum prædefinitionis, est prior virtualiter ordinis causalitatis, visione eiusdem actus prædefiniti. Concludo itaque doctrinam Molinæ bonam, & solidam esse: Anonymi vero reprehensionem, leuem, & male fundatam.

### SECTIO XIII.

Refutantur eiusdem auctoris offugia circa Scientiam puram testimonia in favorem scientiam medianam proferri solita.

Tertium testimonijs Scriptura in favore scientiæ mediae proferri solitis, & à nobis expensis supra sect. 5. num. 42. & sequentibus, & sect. 7. à num. 50. respondet generaliter Auctor libri de Ordine, cap. 22. num. 2. & 3. & fusiū toto fege cap. 27. Primo aliam esse rationem scientiæ divinæ, aliam revelationis diuinæ. Vnde sicut ex eo quod in Scriptura continetur multæ enuntiationes absolute, & multi discursus, non propterea scientia in futuris Deo esse scientiam enuntiationum, & discursuum: Ita ex eo quod in eadem Scriptura habeantur propositiones, & revelationes conditionatae, non bene colliguntur in Deo esse scientiam medium, & conditionatam: Quæ omnes nostras, & solutas, & hypotheticas enuntiationes, quæque illis à nobis significantur, quiduscumque falsi, aut veri, aut probabilis habeant, perfectissime norit. Secundum responderet Leum certò, & in fallibiliter nosse omnia, quæ futura conditionata dicuntur: non tamen ea cognoscere vllâ scientiâ media, & cōditio-

138.

Primum

Categorium

Secundum

Categorium